



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Assertio Septem Sacramentorum Aduersus Mart. Lutherum

Heinrich <VIII., England, König>

Parisiis, 1562

Invictissimo, Illustrissimóque Principi, domino, domino Henrico VIII. Regi
Angliae, domino suo clementissimo. M. L.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30233

INVICTISSIMO, ILLUSTRISSIMOQUE Principi, domino, domino
Henrico VIII. Regi Angliæ, domino suo clementissimo. M. L.



Ratiam, & pacem in Christo
Iesu domino ac salvatore nostro. amen. Quanquam vere-
ri merito debuerim, serenissi-
me Rex, illustrissimæque prin-
ceps, literis maiestatem tuam

tentare, ut qui mihi conscius maxime sum gra-
uissime offensam esse maiestatem tuam libello
meo, quem non meo genio, sed incitantibus his,
qui maiestati tua parum favebant, stultus &
præceps edidi: tamen spem, & ausum mihi facit
non modo regia illa tua clementia sic mihi lite-
ris & verbis in dies cantata, à quàm plurimis,
ut cum mortalem sese nouerit, immortales ini-
micitias seruaturam esse non credam: verum e-
tiam quòd fide dignis testibus didici, libellum
sub maiestatis tuae nomine in me editum, nõ esse
regis Angliæ, ut videri volebant subdoli sophi-
ste, qui maiestatis tuae titulo abusi, non senserunt
quantum sibi ipsis periculum in regia ignomi-
nia pararent: præsertim illud monstrum, & pu-
blicum odium dei & hominũ Cardinalis Ebo-

Se stultum
& præcipi-
tè vere fa-
tetur hære-
ticorũ prin-
ceps.

Mètiri Eui-
therũ Rex
infra asse-
rit.
Scilicet sic
à Paulo e-
doctus scri-
bit.

Epistola Lutheri

racensis, pestis illa regni tui, ita ut vehementer
nunc pudefactus, metuam oculos coram maiest-
ate tua leuare, qui passus sim leuitate ista me
moueri in talem tantumque regem per ma-
lignos illos operarios, praeserim cum sim fex, &
vermis, quem solo contemptu oportuit victum,
aut neglectum esse. Accedit ad haec, quod me se-
rio compulit, quatumuis abiectum, scribere, mai-
statem tuae cepisse fauere euangelio, & non pa-
rum tedere istius generis hominum perditorum.
hoc sane nuncium fuit vere Euangelium, id est
latum nuncium cordi meo. Quare his literis pro-
sterno me pedibus maiestatis tuae quantum pos-
sum humillime. & per Christi crucem & glo-
riam oro & obsecro, maiestas tua dignetur sese
submittere, & veniam donare in quibuscunque
maiestatem tuam laesi, sicut Christus orauit, &
dimittere debita nos quoque inuicem insit. Dein-
de si maiestati tuae non videbitur contemnendum,
ut alio libello publico palinodiam canam, & no-
men maiestatis tuae rursus honorem, det mihi
clementem aliquam significationem: tum in me-
mora non erit vlla, faciam illud libentissime.
Quamuis enim sim homo nihili ad tuae celsitu-
dinem comparatus, tamen non parum fructus
euangelio, & gloria dei hinc sperare licebit, si
mili ad regem Angliae scribendi de euangelio

O prudentiam
 & mode-
 stiam Lu-
 theri.

Noua in Lu-
 thero humi-
 litas.

Non eget
 rex tali ho-
 noris sui
 auctore.

Aduerte
 lector quid
 his rex re-
 sponderit.

causa, fuerit copia facta. Interim maiestatem
 tuam (vt cœpit) dominus augeat, vt pleno spiri-
 tu & obediatur & faueat euangelio, nec sinat au-
 res regias & animum occupari pestilentibus Si-
 rennum vocibus, quæ nihil nisi hæreticum Luthe-
 rum vociferari norunt. Tua vero maiestas apud
 sese cogitet, quidnam mali possim docere, quæ
 aliud nihil doceam, quàm fide Iesu Christi filii
 dei pro vobis passi, & suscitati, saluos fieri oportere,
 sicut testantur euangelia, & epistola apo-
 stolorum. Hoc enim est caput & fundamentum *Hoc quàm*
 doctrinæ meæ, super quod postea ædifico, & do- *verum sit,*
 ceo charitatem erga proximum, obediētiam er- *considera,*
 ga politicos magistratus, tum crucifixionem cor-
 poris peccati, vt iidem præscribit christiana do-
 ctrina. Quid in his capitibus doctrinarum mali
 est? Expectetur tamen, audiatur, & iudicetur
 primum. Cur damnor neque audius, neque con-
 uictus? Porro quòd ab usum & tyrannidem pō-
 tificum taxo, qui alia quàm ista prædicta capi-
 ta, immo contraria docent, interim censibus, pō-
 pa, ventibus, immo regnis, & principatibus, o-
 mniumque opibus inuantes, nonne id ipsum & *Quin tu id*
 vulgus sentit, & damnat, atque ipsimet cogun- *facis, qui*
 tur confiteri? Cur non emēdant sese, & recta do- *sic inbes.*
 cent, si odio & correptione liberi esse volunt? Vi-
 det sane maiestas tua serenissima quanti prin-

cipes in Germania, quot politia, deinde quot vi-
 ri sapientissimi mecum faciant, & (deo gratia)
 indemnatum cupiant. Quorum numero vitam
 Christus maiestatem tuam adscribat, & ab istis
 animarum tyrannis separet. Quid mirum vero,
 si Caesar, & aliquot principes in me sauium?
 Nonne ut Psalm. 2. dicit: Aduersus dominum,
 & Christum suum fremunt gentes, meditantur
 populi, conspirant reges terrae, & conveniunt
 principes? ut mirādum potius sit, si aliquis prin-

At id iam cipum ac regum euangelio faueat. Huic mira-
 culum facit culo in maiestate tua, quam opto ex totis me-
 princeps i- dullis aliquando gratulari. Et ipse dominus
 ste. (quo presente & volente haec scribo) cooperetur

Hinc vi- delicet ille lachryma. (quo presente & volente haec scribo) cooperetur
 verbis meis, ut rex Anglia breui fiat perfectus
 discipulus Christi, euangelii que professor, cum Lu-
 theri clementissimus dominus. amen. Responsum
 (si visum fuerit maiestati tuae) expecto clemens
 & benignum.

Wittenbergae prima Septembris anno do-
 mini M. D. XXV.

Regiae maiestati tuae subiectissimus Marti-
 nus Lutherus manu propria.